

¶ Prohemium

Summi deus largitor premii via cõſtans: fõs refrige
rii: terre vices obtẽperãs: a quo ſtillat tot⁹ gratie plenitudo: ſi
tienti michi doctrine pocula ſalutaris dona cõferat gra[t]: ut ſti
lus me⁹ ebetat⁹ torpore: deſidia denigratus: ocioſitatiſq; rubigine
excellentiſſimis efficaciſſimiſq; doctrine dotibus acua[t]ur: ⁊ ut
ſenſus me⁹ interior excecat⁹ erroris nebula: ⁊ cecitatis pfoſſus
cuſpide climante lugubri principe tenebrarum lumnioſo fulgure di
uini pneumatis miſericorditer illuſtretur. Ob hoc fratres chariſ
ſimi: deprecemur oẽs unanimes ſummũ fontẽ mie: ut inſultis noſtrorum cordiũ fundat rores
ſui chariſmatis: ut ſpiritus noſter incluſus: oſſibus carnis opreſſus põdere: ad ſummo
rum bonorum eleuet noticiã. ⁊ cor noſtrũ velatũ fantaſmat: b⁹: lintheo carnis exut⁹ ſum
mum bonũ intelligat: intelligendo diligat: diligendo poſſideat: ⁊ ſic mundificetur a vi
ciis ſanctificet a dño: ⁊ p opatões corporis meritorias adipiſcat eternitatis gloriam ſi
tuat⁹ irreuocabiliter inter cõciues uranicos ecclelie triũphãtis ubi ſedet unica trinitas
maieſtatis in ſolio: ſuauiter diſponens diuina celeſtia ſiue terreſtria: vidẽs eternitatis
in ſpeculo cuncta preterita preſentia vel futura: quod nobis tribuat plaſmator omniũ
cuius regnum eſt permanens ſine fine. Amen.

Legimus in cãtico puerbiorum ſalomonis. Fili bibe aquã de ciſterna tua ⁊ fluẽ
ta putei: ut fontes tui deriuẽtur foras: ⁊ in plateis aqs tuas diuide. Filius
dr qñq; rõne gñationis. Filius ante diẽ patris incurrit in annos. qñq; rõne
fructificationis ⁊ informationis. Unde in pſalmo dr. Uenite filij audite me:
timorẽ dñi docebo vos. Et ita accipitur hic. Itẽ bibere eſt verbũ neutrale. Bibere eñi
ponit pro intelligere. Uñ in alex. Atq; hec dicentẽ vigili bibit aure magiſtri. bibit .i.
intelligit. Item hoc nomen aqua licet habeat multas ſignificationes: tñ prout hic acci
pit idem eſt qd ſapia. Uñ in libro ſapie dr. Et aqua ſapie ſalutaris potauit eos. Et in
eſaia dr. Oẽs ſitientes venite ad aquas. i. ad ſapientiã vel ad doctrinã ſuſcipiendam:
Item notandũ eſt q aqua abluit immũdicias: ſedat ſitim: refrigerat calorem: fecundat
abundantiã: ⁊ eſt cõis. A ſimili doctrina ſapientis abluit prauos mores. Uñ ſalomon
in prouerbijs. Argue ſapientẽ ⁊ diliget te: doce iuſtũ ⁊ feſtinabit accipe. ſ. doctrinam ⁊
correctionẽ. Et ſicut aqua abluit ſordes exteriores: ita ſapia iteriores. Sedat ſitim. i.
cupiditatem ⁊ auariciã. Uñ in euangelio. Qui bibet ex hac aqua non ſitiet ineternum
⁊c. Refrigerat motus illicitos: ⁊ laſciuiam carnis contra rationẽ hoĩs impetũ facien
tis: fecundat animum auditoris. Uñ in alex. Imbuit irriguã fecundans imbrib⁹ aurem
id eſt doctrina animũ fecundantẽ. Item debet eſſe cõmunis: qr quãto qs alios inſtruit
tãto ſibi magis ſciam multiplicat ⁊ acqrit. iuxta illud. Qui alium docet ſeipm inſtruit.
Sciencia eñi ſic deſcribit. Sciencia eſt theſaur⁹ incompabilis: nobilis animi poſſeſſio:
q diſtributa p ptes ſuſcipit incrementum. ⁊ auarum dedignat poſſeſſorem. niſi diſtribuat
cito elabitur. De cõmendatõe philoſophie ita dicit magiſter xpian⁹. Sicut aurum: ita
theſaurum acquire ſcientie. Debet enim nequit demi: veneno malicie. Fraudes furum:
dẽtes muris nõ timet ſciã. Cõfert mores ⁊ honores: ⁊ iretit vicia. Hãc acqre: opus mi
re eſt ipſam petentib⁹. Hac ditatus: honorat⁹ modis eris ciuibus. Item ſcientia e[ſt q]dã
theſaurus: qui nec igne cõburitur: nec tinea corroditur: quã latro nõ expoliat: ne[c ... ſit]
hoĩem in anxietate mori. Item de cõmendatõe philoſophie dicit Tulius. O dux vite
mirabilis: virtutũ ornatrix: viciorum expultrix. curarum remotio: ad eterne beatitudinis
meritũ te extendis. Item ſalomon dicit de ſciencia. O filioli mei doctrinã magis q the
ſaurum diligite. Uñ quidã. Plus probo theſaurum docti q diuitis aurum. Item ciſterna eſt cõ
caua aque receptiua reſonãs. Per ciſternã mẽs hoĩs in hoc loco deſignat. Mens eñi
hoĩs debet eſſe p hũilitatẽ cõcaua: ⁊ ſic aque doctrine receptiua. Uñ in canticis. Pur
pura regis tenalibus iungit. i. recordatio paſſionis xpi q eſt mẽti hoĩs ſimilis: or debet
eſſe cõcaua p hũilitatẽ: reſonãs p iſtructionẽ ⁊ informationẽ. Ergo pdicta auctoritas

a ij

Hoja aij del n.º II, donde principia el Seudo-Catón, con una bella capital y otra más pequeña.